



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 90. Burgundus inter suos quintus fuga dilapsus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

Sæcul. XV. dinantes sclopos, atque sagittas, ne non  
 A C. 1476. volitantis minoris plumbi globos exciperent, quin tamen scire possent, ex qua parte tam fæva eos tempestas persequetur. Denum vero ad unum omnes, qui montium fauces penetraverant, impune trucidati sunt; residuae autem primi agminis legiones, cum fuga saluti suæ consulere quærerent, cæco impetu in mediam aciem impegerunt. Helveti, cum omnia vario tumultu turbata cernerent, hac opportunitate usi protinus omnes suas copias in unum agmen congregabant, ac fugientium tergis presso pede instabant.

## §. XC.

*Burgundus inter fitos quintus  
 fuga dilapsus.*

Verum hujus victoriæ gloria Helvetiæ ne quidem certaminis discrimine stetit, reliquis Burgundionibus tanto terrore concussis, ut nonnisi fugæ intenti, ad secundam usque aciem, cui ipsi Burgundus imperabat, retro cedere toto studio contenderent. Dux innumeris perfunctus periculis, ægre præcipiti fuga morti sese subduxit, & quintus inter suos Juveniacum, oppidum ad confinia Burgundiæ Comitatus situm, pervenit, ac quindecim Gallicas leucas, quin unquam equum

*Zeigné.*

equum suum fræno solveret, confecit; *Sæcul. XV.*  
 in hac tamen fuga, nonnisi septem suo- *A.C. 1476.*  
 rum Cataphractorum Nobilium amisit;  
 non enim eorum plures strenui militis  
 partes agebant. Praelio cæsi sunt Pe-  
*Chateau-*  
*trus de Lignana, Castro-Guionus, Mont-*  
*Guion.*  
*sansilanus, Lalanius, & Pruselius a suis* *Mont-*  
*destituti.* *Saint-Sor-*

Omne peditum agmen, cuncta tor-*lin.*  
 menta, copiosa Ducis suppellex, sarcinæ *Lalain.*  
 omnes, vasa argentea, & monilia in præ-  
 dam Victoribus cessere. Hos inter Hel-  
 vetius quidam, cum eximiae magnitudi- *Commun.*  
 nis adamantem, qui Ducis erat, ac mar- *lib. 5. cap. 2.*  
 garita inter omnes totius Europæ longe  
 pretiosissima ornatus resplendebat, in par-  
 tem spolii obtinuisse, tam iniquus erat rei  
 æstimator, ut contemptum prædam suam  
 conspiciens, facto nequidem pretio, sed  
 vili neglectu, atque fastidio margaritam  
 thecæ suæ mox repositam in quendam  
 currum temere projiceret; hanc tamen  
 paulopost repetiit, non quidem spreti va-  
 loris poenitudine ductus, sed ut eam pro  
 unius floreni pretio cuidam Sacerdoti  
 divenderet, qui nec magis justus illius  
 existimator illam ad quendam Helveti-  
 cum Belliducem detulit, a quo nonnisi  
 aureum accepit. Parta hac Victoria Hel-  
 vetii recuperata Gransonii urbe, præsi-  
 diarios Burgundos iisdem omnino suppli-

N n 4

ciis

**S**ecul. XV ciis, quibus nuper Helvetios affecerant,  
A.C. 1476. interemerunt.

## §. XCI.

*Contajus a Burgundo ad Galliarum  
Regem missus.*

Ludovicus tum Bodnii Vellanorum ut  
be agebat, quando Burgundici ex-  
ercitus cladem compererat. Nihilomi-  
nus gaudium, quod inde conceperat,  
tam dextre temperabat, ut moderatione  
fua, quamvis ficta fuerit, magnam ta-  
men existimationem sibi conciliaret.  
Postmodum Podnio Lugdunum progres-  
sus Contajum, quem Burgundiæ Dux  
eo allegabat, exceptit. Multum absimi-  
lis erat hujus Legationis species ab am-  
bitiosa Ducis eam decernentis indole;  
Contajus enim more supplicum ad Regis  
pedes provolutus, ingenue fatebatur;  
Ducem Dominum suum vehementer ti-  
mere, ne Rex recens ejus infortunium  
in rem suam verteret; his præmissis  
omnem eloquentiæ suæ vim, ac ratio-  
num momenta exhausit, ut Regis ani-  
mum ad generosam præteritorum obli-  
vionem, necnon ad induciarum fidem  
induceret. Ludovicus Contajum mul-  
tis benevolentiæ signis exceptum facta  
petitorum spe, atque fiducia ad Ducem  
remittit, pollicitus, se inducias minime  
viola-